equidem haud inuitus:utraq; ipſe lectione admodum delectatus:Sedulamq; nauaui operam:ut oppi
do q̃ emaculatum exemplar impreſſoribus darem:ubi ne ſyllaba quidẽ una aut littera perperá poſita
ſubiiret. Acerrime deĩde omnis iudicioli mei neruos intendi:Ne id acciderit qđ in proxima eorúdẽ
uoluminum editione ad eandem quidem regulam:ſed præciſe correcta uſu ueniſſe animaduerti:ĩ q̃
ubi minime oportuit aliquádo immutata eſt lectio:ubi dubia afferta:Quibuſdá ĩ locis(quod ridicu
lum eſt)pro prinii Hermolai uerba intempeſtiue poſita præciſe dixi quoniá illi nõ niſi primam Bar-
bari noſtri adierunt editionem Nos & prima& altera:& luſtris omnibus perſcrutatis:Nec non uolúi
nibus compluſculis collatis a Venetis tamen ſecundæ impreſſionis exemplaribus Filú ad Hermolai
normam dirigẽtes ne unge quidẽ latius diſceſſimus:eo præſcripto diligenter obſeruato:ut quando
manifeſtario conſtabat priorem lectionem plane falſam eſſe & uera in mediú ex locupletiſſimis teſti
moniis adducebatur:eam ſine controuerſia ad ſereremus:Quod nõ niſi locis indubitatis& nõ nimiú
multis fecimus:Sed cum aut uaria:aut dubia:aut multiplex depræhendebatur ſcripto:Vulgata intus
prorſis uerſibis ut erat relicta:Reliquas in paginarú marginibus ad notauimus:ut librum ſit legenti
quá magis probet capere:Et unde illa aduentitia ſumeretur lectio aliquando ſub ſignauimus:quẽad
modum &cæterorum ſcriptorum a plinio uariátias interdum cum ipſis auctoribus eodẽ in loco tibi
appoſuimus. A cenſoriis tantum uirgulis:ueluti neſas eſſet:manus abſtinuimus:Cú uix ſemel atq; ite
rum tam magnus liber obeliſco notari poſſe a Cenſore uiſus ſit.Et hæc noſtra fuit opera:q̃ q̃uis aud
parum negocioſa fuerit:uicaria tamen nimis:& uilis & uix in Adonidis hortos(quod aiunt)admitẽ
da fuiſſet:niſi illa ſecuta eſſet utilitas:ut dum exemplaria conferius ſupra quadringenta & amplius lo
ca præter omnium hactenus caſtigationes adhuc in plinio emendanda notauerimus.Ea ẽ in anio ali
quando inuulgare:Nunc nõ tá audaculi fuimus:ut Sciolo℞ ritu quidpiam temere immutari uolueri
mus Tantú libro.x.ubi de pauonibus agitur:pro geminantes multorum eruditorum conſenſu.gem
mantes ad colores inibi referẽdo poſuimus:& enim ĩ codice nõ malo gemátos legius:At ſi locú illú
totú tibi emúdari cupis:eos accuſandi caſus formam ſcilicet intellectú & gloriam ĩ ſeptimos uertas
Ita náq; liber ille p̃ferre uidebatur & loquẽdi ratio expoſcere.Alio ĩloco.xix.uidelicet libro totá car
duoum condituram:quæ intritis deeſt uoluminibus.addimus:ita tamẽ ut pro conduntur:condiun-
tur legendú potius:putemus.poteramus etiá uerba illa ſi placet paulo ſupra illic ſcripta: ita ut erant
relinquere:Sed quoniá ſi Diis placet bona habẽt exemplaria:familiariſſima hiſtoricis ĩdignatiõe ſup
primere noluimus:& p̃terea nihil eſt de nobis reſtitutum.quod teſtari magnopere ĩterſit. Verum ñe
tibi de emẽdandis adhuc in plinio mẽdis:uerba data putes:Libet quædam ſparſim legẽtium oculis
ſubiicere:alia uindicádo:& indicádo alia in medio deſtituere:Quod quá breuiſſime:ueluti in tráſcur
ſu faciam.Eodẽ.xix.uolumine dehorto irriguo paſſim ita legitur:tolẽdo nõ hauſtu rigando.Nos in
probatæ fidei exemplari toleno℞ hauſtu ſcriptum:repperimus:ſunt aũt Toleñones ſeu mauis tollo-
nes q̃m atollẽdo dicti uidentur:ut docet pompeius Feſtus:Machina℞ genera q̃bus trahitur aqua: al
terá partem prægrauáte ponderẽ:ut ſup puteis multis eſt uidere:utitur ea uoce:pro machina quidem
ſed nõ ad hauriẽdas aquas.T.Liuius libro yiii.de bello Mac.Vegetiú tibi barbarus in ſuo lexico cita
uit:& plauti locú obiter correxit:Nobis quoque hoc plinianú alteri p̃ceptori noſtro indicátib:ei ĩq̃
qui grámatico℞ claſſem ducerẽ credirẽ:ab ipſo ſtatim in hortis Collumellæ uerſiculis hic eſtrepurga-
tus.Ne grauis hauſturis tollonibus ilia uellat:cú ubiq; pri⁹ tollẽtib legeretur.Libro uero.xx.cap.yii.
Quid ſit cõtra longiá ne pedibus q̃dẽ ſolueret:Sicut calce.xiiii.quid ſibi illa uelit ſup̃ſtitio ab alienis
darẽ nõ intelligo.Semel præteria(quod eq̃dem meminerim)Martricẽ pro muliebri utero ĩ uniuerſo
uolumie legi:Sed lõge aliter noſter ille codex hẽt.Quid libro.xxxi.nõ ne lacer ac plane mutilus poli
nius ẽ his uerbis:ut p̃tinus noſcatur etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate.At profecto in
iurius nõ ſolum plinio:Sed ueneradis ipſius Ciceronis manibus eſſem:niſi hunc locum ſtatim ut in
uentú debeo redderem:legendú itaq; eſt:ut protinus noſcarẽ etiá minoſtro℞ eius hauſtus ex illa ma
ieſtate ingẽii.Libro uero.xx.cap.xxi.quid p̃ cubitali fœmina℞ reponi deberet in p̃ſentia dicere nole
bamus:niſi cubili legerẽ quia lectioné eam libri aliqui retinẽt longe melius eſſe uidiſemus: q̃ ut qui
dá ſola diuinatõe inixi ueluti hariolantes genitali.porro eodem uolumie cap.yiii.Quonam alio no
mine e latinis q̃dá Erraticum intmubu appellauerit nõ ſubticere decreuimus:ut pariter duobus lucu
lentiſſimis ſcriptorib. ſuam (ut opinior)reſtituamus lectioné Cor inq̃ Celſe & plinio:Nam pro am-
bugia ambulá ſcriptum ĩ exemplaribus inuenimus:quod & placet & cum erratico mire cõuenit Et ſi
non multú uis a Celſo diſcedere ĩ eo nõ ambulá:ſed ambuleiá legere poteris:qa ipſius codices ĩ am
bubeiá unius litteræ p̃uerſione deflexiſſe uidẽtur. Quis p̃terea non uideat lib.xxxiii.cap.ii.ad cuſto
diendas ſuffragio℞ ciſtas ſcribẽdú:& nõ ſcita:ut paſſim legitur.Infra cap.iiii.eiuſdem lib.quam pa℞
me hercule ſcitú dictú Veterái illius ſuper Hoſpitali Bonõiæ Auguſti Cæſaris Coena fuiſſet:niſi de